

A. M.	490	Tabula Chronologica	Ante Chr.
		ens. In Judæam tamen exercitum reducendo illo, subito Angeli Dei incursum 18500. Assyriorum interfecit. Quare Sennacherib Nivem regreditur, ubi à duobus filiis suis neci traditus est.	
3292		Affaradon pro Sennacheribo regnat. Sub id facile tempus Baladan, sive Merodach-Baladan Rex Babyloniz de recuperata ab Ezechia valetudine per Legatos gratulans, simul de prodigio umbræ Solis retrogradæ instruit. Micheas Morasthites, & Nahum sub Ezechia oracula fundunt. Tartan, ab Assaradone missus, in Philisthos, Idumæos, & Ægyptios venit.	708
3294		Affaradon Sacerdotem Israeliticum mittit, instruendis Chutæis Sichem incolentibus. Ezechias moritur.	706
3306		Manasses regnat.	694
3323		Affaradon, Babylone captâ, duo Imperia, Assyrium, & Chaldæum in se conciliat.	677
3329		Manasses à Chaldæis captivus Babylonem traducitur.	661
3347		Holophernes variis gentibus bellum inferens, tandem in Judæâ à Judith interficitur.	653
3362		Manasses moritur, postquam diu ante (incertum tamen quo anno) à captivitate liberatus, in Judæam rediisset.	639
3363		Amon pro Manasse regnat, scelestissimus Princeps. Ammon moritur, eique Josias succedit.	637
3370		Sophonias, ineunte Josiæ Regno, munus Prophetæ auspicatur. Josias corrigendis populi moribus depravatis laborans, Domini cultum restituit.	630
3376		Jeremias, ab anno 13. Josiæ Prophetam agit.	624
3380		Liber Legis in Arario Templi ab Helcia Summo Sacerdote invenitur. Pecunia ad Templi reparationem colliguntur. Holda Prophetis imminetia in Regnum Juda mala prædicit.	620
3381		Solemnitas Paschalis à Josia unâ cum universo populo celebratur. Joel claret.	619
3394		echao Regi Ægypti, copias ad expeditionem in Carchamim ducenti, Josias resistens, lethali in prælio contracto vulnere, Jerosolymam translatus occumbit.	606
		Joachaz populi favore ad Regnum evehitur; sed mox ab expeditione suâ regressus, à Nechao amotus, Eliacimo fratri suo, & filio Josiæ Regnum relinquere coactus est.	
3395		Sub eo Rege Abacuc prophetiæ dono claret.	605
3398		Nabuchodonosor sub Chaldæorum jugo redacta Carchami, redux inde in Palestinam veniens, Jerosolymam obsidet. Eâ expugnata, Joakim ingenti tributo multatum regnare sinit. Daniel & socii Babylonem captivi abducuntur. 4. Reg. 23. 36. & 2. Par. 35. 5. 6. Jerem. 26. 1. & 46. 2.	602
3399		Jeremias oracula sua scriptis mandare incipit.	
3401		Sufannæ historia Babylone. Joakim à Nabuchodonosore desciscit.	601
		Nabuchodonosor immittit in ditionem Juda copias Chaldæis, Syris, & Moabiticis, universâ vastatâ regione 3023. Judæos captivos Babylonem adducit, anno Joakimi septimo. Vide 4. Reg. 24. 2. Jerem. 52. 28.	599
3402		Nabuchodonosor ingentem colossum per quietem videt; ejusque somnium Daniel interpretatur.	598
3403		Cyrus Cambyfis ex Mandane filius nascitur. Joakim, jugum iterum excutiens, in potestatem Nabuchodonosori veniens, occiditur; ejusque cadaver ferarum injuriis relinquitur. Anni 11. regnavit.	595
3406		Joachim sive Conias, vel Jeconias, pro Joakimo regnat.	594
3406		Nabuchodonosor, illatis in Jerusalem armis, trium mensium, & decem dierum obsidione Urbem capit. E toto verò populo partem captivam Babylonem traducit.	594
		Sedecias, avus Jechoniz, Rex à Nabuchodonosore renunciatur. Legati à Sedecia Babylonem mittuntur; qua occasione Jeremias ad Judæos captivos epistolam scribit.	
3409		Sarias & Baruch Babylonem à Sedecia mittuntur.	591
3410		Ezechiel Prophetæ munus in Chaldæâ auspicatur. Jerosolymam ab hostibus capiendam, atque Judæos dispergendos prædicit. Ezech. 4. & 5. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12.	590
3411		Sedecias cum Rege Ægypti clam agens, defectionem molitur.	589
3414		Tandem in apertam defectionem erumpit. Quare Nabuchodonosor, illatis in Jerusalem armis, obsidione illam premit. Audiens tamen Ægypti Regem auxiliares copias ad Sedeciam ducere, obsidione intermissâ	586
		in	

A. M.	Generalis Historiæ Biblicæ.	491	A. Chr.
		in Ægyptios movet. Post hæc iterum urbem stringit. Toto hujus obsidionis tempore, triennii circiter spatio, Hieremias ab oraculis fundendis nunquam desistit.	
3416		Ezechiel in Chaldæâ versans, obsidionem hanc describit. Ezech. 11. & 12. Urbs capitur anno 11. Sedecia, die 9. mensis quarti, Julio, & Augusto respondentis.	584
		Sedecias noctis favore dilabatur, sed tandem in hostium manus incidens, Reblatam ad Nabuchodonosorem deducitur. Ejus jussu cæcitate multatus, Babylonem deductus est. Ita Prophetiæ conciliantur, quarum aliquid nunquam illum Babylonem visurum, quamvis ibi diem clausurus esset, prænunderunt: Ezech. 12. 13. ; aliæ verò visurum illum suis oculis Regem Babylonis, eamque Urbem ingressurum asserbant. Jerem. 32. 4. & 34. 3.	
		Jerusalem, & Templum die 7. quarti mensis incendio absumuntur. Judæi Jerosolymitani, atque ex universo Regno captivi in Transeuphratæam traducuntur.	
		Is exitus Regni Juda post 468. annorum spatum, quot ab inito Davidis regno numerantur; seu 388. à divisione Regni Juda, & Regni Jerusalem.	
		Initium 70. annorum captivitatis, juxta Jeremiam oraculum. Jerem. 25. 11. & 29. 10.	
		Godolias reliquis populi præficatur.	
3417		Jeremias, post Godoliz obitum, in Ægyptum à Judæis invitatus ducitur. In Ægypto prophetiæ dono claret. Jer. 44.	583
		Ezechiel in Chaldæâ contra captivos Juda prophetat. Ezech. 33.	
3419		Tyrus à Nabuchodonosore obsidetur, ejusque obsidionis spatio (tredecim enim annis duravit) Nabuchodonosor arma in Idumæos, Ammonitas, & Moabitas infert. Antiq. l. 10. c. 11.	581
		Abdias in Idumæam prophetat.	
3432		Tyrus à Nabuchodonosore capitur.	568
		Bellum Nabuchodonosoris in Ægyptios.	
3433		Post plura bella absoluta, Babylonem regreditur.	567
3434		Ingentem arborem per quietem videt.	566
3435		In bovem transmutatur.	565
3443		In pristinum restituitur.	557
3444		Aureo simulacro, à se erecto, cultum impendi præcipit. Tres socii Danielis in succensam fornacem injiciuntur.	556
		Nabuchodonosor moritur, post exactos in Regno 43. annos, ab obitu Nabonassari patris sui, qui decessit anno 3399.	555
3444		Evilmerodach, ejus filius, unius tantum anni spatio regnat.	555
3445		Huic filius Balthasar succedit.	554
		Viso Danielis quatuor mysticorum animalium. Dan. 7.	
3446		Cyrus, jugo servitutis excusso, assertis in libertatem Persis, Regis titulum assumit.	552
3448		Sacrilègum Balthasaris convivium. Occiditur.	551
		Darius Medas regnat pro Balthasare.	550
3449		Prophetia Danielis de septuaginta hebdomadibus. Dan. 9. & 10.	550
3450		Darius, lato edicto, neminem, præter se unum, Deum coli præcipit. Daniel in foveam leonum immittitur.	550
		Cyrus evertendam Monarchiam Medorum aggressus, primò cum Medis congregitur, atque devicto Astyagi Regi Medorum, avo suo ex matre, Præfectum in Hircaniz concedit.	545
3455		Post hæc in Darium Medam avunculum suum movit; antea tamen Darii federatos, ac potissimum Cræsum Lidiz Regem sub jugum mittendum suscipit.	544
3456		Babylonem obsidione premens, tandem capit.	543
3457		Judæos omnes manumittit, liberamque facit potestatem in Provinciam suam regrediendi, eodem anno, quo ipse in universum Orientem, Imperium prorogaverat.	543
3457		Historia Bel, & Draconis à Daniele occisi.	542
3458		Judæi à captivitate regressi, sacrificia in Templo Domini restitunt.	525
3475		Cyrus 70. annorum ætate senex moritur. Cambyfes regnat, à quo Cuthæi & Samaritanæ diductum, pro inhibendo Judæis Templi aedificiis, extorquent.	522
3478		Cambyfes expeditionem in Ægyptum suscipit, quod bellum quinquennale fuit. Fratrem suum Smerdim interficit A. M. 3480.	521
3479		Cambyfes moritur.	518
3482		Septem Magi Imperium usurpant. Artaxata ex illis unus Judæis Templi aedificationem interdicat.	517
3483		Septem Persarum Optimates, initâ in Magos conspiratione, illos occidunt.	
		Disert. Calmet Tom. II. Q99 2 Da.	

A. M.	492	Tabula Chronologica	A. Chr.
		Darius, filius Hystaspis, alio nomine Assuerus in Regem Persarum eligitur. Uxorem habuit Athossam filiam Cyri.	
3484		Aggeus prophetia munus exorsus, Judæos, quod in ædificatione Templi segniores essent, reprehendit.	516
3485		Judæi opus Templi resumunt.	515
		Circa idem tempus Zacharias prophetam agere incipit.	
3486		Darius, lato pro Judæis edicto, ædificationi favet.	514
		Hoc anno septuaginta anni captivitatis, à Jeremia prædicti, clauduntur, initio facti ab A. M. 3416.	
3487		Convivium Darii, sive Assueri, in quo Regina Vasthi repudio abjicitur.	513
3488		Ester ad Regias nuptias seligitur.	512
3489		Dedicatio Templi Jerosolymitani, curante Zorobabele conditi.	511
3495		Aman Regis favore pollere incipit.	505
3496		Excidium Judæorum jurato statuens, edictum Assueri ad eam rem impetrat.	504
		Ester abrogari illud à Rege impetrat.	
		Aman in eandem crucem agitur, quam Mardocheo paraverat.	
		Judæi de hostibus suis Suis, atque in toto latè Imperio Persarum ulciscuntur.	
3519		Darius, sive Assuerus moritur. Xerxes regnat.	481
3531		Xerxe vitâ functo, Artaxerxes succedit.	469
3537		Esdra, unâ cum pluribus Sacerdotibus, & Levitis gentis suæ, ab Artaxerxe Jerosolymam mittitur.	463
3538		Esdra tollendis, qui in populum irrepserant, abusibus operam impendens, alienigenas potissimum uxores dimittendas urget.	462
3550		Nehemias, factâ sibi ab Artaxerxe permissione, Jerosolymam, ad moenia, & januas ædificandas, se confert.	450
		Dedicatio moenium Jerosolymæ.	
3551		Plures familia ex agro in Urbem transmigrant, agente Nehemiâ.	
		Israëlita tandem ab alienigenis uxoribus recedunt.	
		Fœdus Israël cum Domino, Nehemiâ conciliante.	
3563		Nehemias ad Artaxersem regreditur.	437
3565		Post hæc iterum in Judæam se restituit, ubi variis tollendis abusibus laborat.	435
		Zacharias, & Malachias, quem aliqui cum Esdra confundunt, sub Nehemia prophetant.	
3580		Nehemias moritur.	420
		Eliashb Summo Sacerdoti sub Nehemia, Jojada sive Judas sufficitur; Judam Joathan excipit; quo in Templo à Jesu fratre suo sublato, dignitas ad Jaddum, sive Jeddiam transit. Certum obitûs horum Sacerdotum tempus ignoratur. Videtis laterculum Summorum Sacerdotum in Dissertatione, v. Sacerdotum.	Ante Ær. vulg. 424
3654		Artaxerxes Ochus plures in Ægypto captos Judæos captivos in Hircaniam transmittit.	346
3671		Alexander Magnus in Asiam transit.	329
3672		Tyrum obsidione premens, à Jaddo Summo Sacerdote eadem sibi præstari, quæ Judæi antea Persis consueverant, postulat. Jaddus recusat.	328
3672		Alexander, Jerosolymam veniens, Summum Sacerdotem observat; Judæis favet, eosque singulis annis Sabbaticis à tributis eximit. Samaritani erigendi Templi in montem Garizim facultatem ab Alexandro impetrant.	328
3673		Alexander, post subactam Ægyptum, cum per Phœniam regrederetur, similem ac Judæis à tributis septimo quoque anno exemptionem Samaritanis concedit.	327
3674		Darius Condomanus Regum Persarum ultimus moritur.	326
3681		Alexander Magnus, primus Monarchiæ Græcorum in Oriente author, moritur.	319
3684		Judæa primùm Regibus Syriæ cedit.	
		Dein Ptolemæus Lagus iure armorum sibi illam vendicans, maximam Judæorum copiam in Ægyptum traducit.	
3690		Antigonus, pulso Ptolemæo Lago, eandem Provinciam recipit.	316
3692		Ptolemæus Lagus, Demetrio filio Antigoni ad Gazam devicto, iterum Judæam obtinet.	310
		Post hæc pristinus Judææ status sub Regibus Syriæ redit; quibus aliquo temporis spatio Judæi tributa persolvunt; Regibus tamen Ægypti sub Ptolemæo Philadelpho parent, si Historiæ Versionis Septuaginta fides saltem aliqua constet.	308
3727		Verbo Septuaginta circa A. M. 3727. adornata fertur.	273
3743		Antiochus Deus, qui Syriæ Regnum inivit A. M. 3743. jus Civitatis in univêrsâ ditione sua Judæis concedit, quemadmodum & Græci eadem Regi subjecti obtinebant.	257

Generalis Historiæ Bibliæ . 493

A. M.	493	Generalis Historiæ Bibliæ . 493	A. Chr.
3738		Ptolemæus Evergetes Syriam, & Judæam occupat.	242
3682		Jaddo Summo Sacerdoti vitâ functo A. 3682. succedit Onias I., cui A.	318
3702		3702. Simeon Justus substituitur. Ille decedens A. 3711. Oniam II.	298
3711		adhuc ætate imbecillem relinquit; quare Eleazar, patruus ipsius, Sacerdotalibus muneribus præstandis ejus loco destinatur. Eleazar	289
		30. annorum spatio Sacris præfuit; eoque Pontifice Verbo Septuaginta adornata fertur.	
3744		Post obitum Eleazari A. 3744. Summum Sacerdotium ad Manasse.	256
		desertur, fratrem avi Oniæ, & germanum Jaddi.	
3772		Manasse vitâ functo A. 3772. ad Oniam II. jure postliminii dignitas	229
		redit.	
Anno incerto		Onias, non soluto 20. talentorum tributo, Ægypti Regem in se concitat. Josephus ejus nepos gratiam Regis inens, omnia Cœlesyriæ, Phœnicia ac Samaria & Judæa tributa conducit.	
3783		Ptolemæo Evergete Ægypti vitâ functo, Ptolemæus Philopator succedit.	217
3785		Onias II. Summus Sacerdos moritur. Simon II. Sacerdotium init.	215
3786		Bellum Antiochi Magni in Ptolemæum Philopatorem.	214
		Victoria Ptolemæi in Antiochum.	
		Ptolemæus Philopator vi in Templum Jerosolymitanum ingredi tentans, à Sacerdotibus impeditur.	
		In Ægyptum regressus, lato in Judæos edicto, vel avitam Religionem deserere, vel sub elephantum pedibus proculcatus vitâ cedere cogit. Deus tamen à præsentissimo periculo fidelem sibi populum prodigio liberat. Vide tertium librum Machabæorum.	
3788		Ægyptiis in Philopatorem descendentibus, Judæi Regem tuentur.	212
3800		Ptolemæus Philopator occumbit. Ptolemæus Epiphanes 3. vel 4. annorum puer rebus præficitur.	200
3802		Antiochus Magnus ditioni suæ Phœniam, & Judæam adjicit.	198
3806		Scopas, Dux exercitus Ptolemæi Epiphanis, captus ab Antiocho Provincias recuperat.	194
3807		Antiochus magnus, post relatum de Scopa victoriam, à Judæis Jerosolymæ excipitur.	193
3805		Simon II. Summus Sacerdos moritur. Onias III. sacris præficitur.	195
Anno incerto		Arius, Lacedæmoniæ Rex, datis ad Oniam III. literis, mutuo cognationis vinculo Judæos, & Lacedæmonios adstrictos agnoscit.	
3812		Antiochus Magnus datâ in conjugem Ptolemæo Epiphanis Regi Ægypti Cleopatram filiam suæ Cœlesyriam, Phœniam, Judæam, & Samariam in dotem assignat.	188
3815		Antiochus, suscepto cum Romanis bello, prælio victus, maximâ Regni sui portione expoliatur. Syriam tamen, & Judæam servat.	185
3817		Fato cedens, Seleucum Philopatorem successorem relinquit.	183
		Antiochus, deinde Epiphanes dictus, alter ejus filius, obses Romæ detinebatur.	
3828		Heliodorus à Seleuco missus, in Judæam venit, diripiendo Ærario Templi Jerosolymitani. Sed ab Angelo flagris cæsus, ab incepto desistere cogitur.	172
		Onias III. Antiochiam ire compellitur, quò se à calumniis sparsis purgaret.	
		Seleucus filium suum Demetrium Romam mittit, ut obses teneatur pro Antiocho fratre suo, qui 14. annorum spatio ibidem manserat.	
3829		Antiocho in Syriam reduce, Seleucus in insidias Heliodori, regnum affectantis, incidens, occiditur.	171
		Antiochus, vix in Provinciam veniens, tanquam numen aliquod à Syris excipitur: inde viro nomen Epiphanes.	
3829		Jafon filius Simonis II. & frater Oniæ III. Pontificum ejus ætatis, supremam Dignitatem pecuniâ ab Antiocho Epiphane obtinet.	169
3831		Judeorum plures, avitâ religione desertâ, ad Græcorum sacra transeunt.	169
3831		Antiochus Epiphanes expeditionem in Ptolemæum Philometorem Regem Ægypti parans, summo honore Jerosolymam veniens excipitur.	166
3834		Menelaus pretio à Jafone oblato 300. argenti talenta adjiciens, supremam Sacerdotii dignitatem sibi ab Epiphane comparat.	166
3834		Sed huc pecuniæ solvendæ impar, à Sacerdotio removetur, & Lyfimachus ejus frater substituitur.	166
3834		Menelaus in suas partes pertracto Andronico, qui, absente Antiocho, Antiochiæ Præfectum agebat, Oniam III. Summum Sacerdotem occidendum procurat.	166
3834		Lyfimachus Ærarium Templi Jerosolymitani diripiens, in eodem Templo interficitur.	166
		Eodem anno, Antiocho bellum in Ægyptum parante, prodigia quamplura in aere supra Jerusalem visa sunt.	
		Sparso de obitu Antiochi in Ægypto rumore, Jafon coram moenibus Je.	